

bilis, melancholia, pituita, omnes adusti: & ex **A** hac mistura sicut maculae in facie, in aliis partibus non itidem: quia materia expellitur per alias vias, alioquin fortassis in longè periculosorem dispositionem incideret. His ita se habentibus, cum positionem causa huius dispositionis sit intrinseca, de prognostico vnum dicam. Cum essentialis sit ea temperies, & hepar calidius, difficulter tollitur. Oportet enim, ut inquit Galenus, hominem vacare ab omnibus curis, 3. lib. Artis paruæ, & de Tuenda sanitatem. Ad haec, ut corrigatur temperatura naturalis, opus est multo tempore, & tamen difficilimè tolli poterit, & vix tandem emendantur: & insuper est periculum, ne succedente ætate, cum deficiente menstrua, & talis caliditas hepatis manere soleat, omnia sint futura deteriora.

Credo aliquam partem curationis in euacuatione sitam esse, cum sit repletum corpus, & generet plurimos humores adustos, qui sunt educendi. Sed tamen in illa non consistit cura integra, sed potius in extrinseco quodam impedimento, quod auferendum est, sicut dicā. Nunc in Vere sumus, in quo humores mobiles facile euacuantur: faciem igitur purgationes exquisitissimas, non tantum ventriculi, & eorum quæ in primis meatibus continentur, sed totius ambitus venarum. Quo facto, facilis erit alterare membrū. Et quia corpus est obediens, darem lenituum ex cassia: quo facto, darem quoque syrups alterantes. Et in hoc casu sero nihil præpono, ac poterit sero multum & utiliter vti. Exhiberem itaq; viij. aut **D** x. libram etiam omni die, si ventriculus toleraret: adderem etiam syrum acetosum simplex oxymel, etiam quod incidit humores grossos, & facit penetrare: darem 3. j. syrups acetosi, cum suc co fumiferae, & exhiberem alios conuenientes syrups. Facile enim in tam fœlici temperatura motum aliquem faceret in purgando, cum præsertim serum etiam subducatur aluum. Neque hic vererer confectionē hamech, cuius darem 3. iiiij. cum decoctione thamarindi, & syrupo rosato & violato, qui refrenarent calorem, & (quod ferè omiseram) dum acciperet syrups, mitterem sanguinem è basilica dextri lateris. Facta incisione, acciperem idem serum caprinum, & infunderem in id myrobalanos, epithymum, folliculos senæ, polypodium, & adderem radices ellebori nigri, & euacuare humores adustos ea facilitate, sicut solemus euacuare in morbo Gallico cum syrups nostris, & ita fieret hę infusiones, ut in una quaque esset 3. s. corticum radicum ellebori, & possent corrigi cum seminibus citri & liquiritia. Hęc enim saepissimè experior feliciter in edulis humoribus. Utatur postea recta ratione vitus, & crebro ac multum accipiat sacchari rosati partē, & singulis septimanis cassiam simplicem, ante prandium hora vna. Hęc enim euacuat humores crassos, & refrigerat hepar. Si ventriculus relaxaretur, adderem vel puluerem rhabarbarę, vel sandalorum. His omnibus factis, si nondum perfectè curata esset, iuberem bibere aquas Veronenses. Vidi enim magnificum quendam virum Venetum ex earum potu curatū esse ab ulceribus pessimis phagadēnicis. Ideo crede-

A rem quod etiam huic plurimū conferrent. Quantum vero ad localia attinet, ut audio, laeditur à quocunque adhibito, quia materia est adusta; ideo nihil omnino apponere ante perfectam euacuationem. Sed postea vbi facta esset purgatio exquisita, si vellem extinguere calorem, & amovere malam illam dispositionem: non video remedium melius, & quod magis fit ad propositum, quam est illud Galeni ex Solastro, cum oleo rosato contrito in mortario plumbeo. Sed illud tamen ipsum non applicarem, nisi completa purgatione. Post emundationem destillentur aquę ex suc co limonū, & thure masculo, & eis saepius vtatur.

Ad maculas faciei pro nobili muliere.

R. Olei abietis 3. j. s.

Thuris masculi 3. j.

Succi limonum 1b. j.

Contundatur thus, & postea cu reliquis miscetur, & ponatur in balneo Mariæ ad lentum ignem, per horas duodecim: postea destilletur ab artifice, & seruetur aqua ad abluendam faciem, oleum ad inungendam.

CONSILIVM CX.

De tumore duro maxillæ dextræ, dicta in colloquio cum Chirurgo Leonico & Friesimatica in edibus Montani. Anno 1550. Iunij 21.



N hoc iuuene consideranda est ægritudo in loco particulari, quæ statim temporibus non semper contingit, sed habet periodos. Circa maxillam dextram tumor dilatatur à mento ad aures, atq; inter haec membra medium locum occupat. Audimus primo, quod antea cum fuit aliqua durities in dextra parte faciei, chirurgum tentasse matutare, ita attraxit materiam, & facta est inflammatio in loco: & cum videbatur illi suppuratione, incidit, & nulla effluxit sanies. Fuit igitur hoc initium. Et post hanc duritiem ita curatam ad vlcus deuenit, ita ut certis temporibus in eo fiat crusta, quæ decidunt adhibitis medicamentis. Nunquam tamen liber est, & etiam nunc sit crusta certis temporibus ac periodis, itaq; cogitur consulere Medicos. Sunt autem tres anni, cum fui Taruisij, & vidi in ea maxilla magnum tumorem, & consideravi, & percunctatus de percunctandis, dixi esse propter caliditatem hepatis, ut deinceps ostendam. Et narravit mihi cauterium sibi factum esse in brachio, quod ego non damno, & si in crure maluissem. Exhibui medicamenta diuertentia, & refrigerantia. Medici vero noluerunt ea, quæ iussi facere, inde semper incidit in deteriores affectiones. Nunc accessit ad E. V. & fuit aliquo modo curatus, sed non plenè liberatus. Ideo rursum querit curationem, ac petit sibi prouideri, ne incidat in talia. Video autem quod habet vlcus cum eschara, vbi eschara non prouenit à causa externa, sed interna, videlicet humore acri & calido, inducente escharam: inflammat locus ille, & sit inflamatio purpurei coloris, quæ tendit ad

m